



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Officium Pvrissimæ Et Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ

Coloniae Agrippinae, 1649

Officium Parvum Angeli Custodis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55144)

16 *Officium in Conceptione B.M.*

Oratio.

DEUS, qui per immaculatam
Virginis Conceptionem dig-
num Filio tuo habitaculum præ-
parasti: quæsumus, vt sicut ex
morte eiusdem Filij sui præuisa,
eam ab omni labe præseruasti, ita
nos quoq; mundos eius interces-
sione ad te peruenire concedas.
Per eundem Dominum nostrum
Iesum Christum filium tuum, qui
tecum viuit & regnat in vnitate
Spiritus sancti Deus, per omnia
sæcula sæculorum, Amen.



OFFICIUM

PARVUM

ANGELI CUSTODIS.

AD

B.M.

Angeli Custodis.

AD MATUTINUM.

Vers. Angelis suis Deus mada-
vit de te, ut custodiant te in om-
nibus viis tuis. Resp. Amen.

Vers.

Domine labia mea aperies.
Resp. Et os meum annunti-
abit laudem tuam. Vers. Deus
in adiutorium meum intende.
Resp. Domine ad adjuvandum
me festina. Gloria Patri. Sicut
erat. Amen. Alleluja.

*A Septuag. usque ad Pascha, loco
Alleluja, dicitur, Laus tibi Do-
mine, Rex æternæ gloriæ.*

Hymnus.

Custodes hominum psalli-
mus Angelos,
Naturæ fragili quos Pater addidit
Cœlestis comites, insidiantibus
Ne succumberet hostibus.

*Antiphona. Sancti Angeli Cu-
stodes*

culatam
em dig-
m præ-
ficut ex
orazuisa
asti, ita
nterces-
ncedas.
okrum
um, qui
vitate
omnia

So So

M

DIS.

AD

stodes nostri, defendite nos in
 praelio, ut non pereamus in tre-
 mendo iudicio. Vers. In conspe-
 ctu Angelorum psallam tibi
 Deus meus. Resp. Adorabo ad
 templum sanctum tuum, & con-
 fitebor nomini tuo.

Oremus.

DEus, qui ineffabili provi-
 dentiâ sanctos Angelos tu-
 os ad nostram custodiam mit-
 tere dignaris: largire supplicibus
 tuis, & eorum semper protecti-
 one defendi, & æternâ societate
 gaudere. Per Dominum nostrum
 Jesum Christum Filium tuum:
 qui tecum vivit & regnat per o-
 mnia sæcula sæculorum. Amen.

Vers. Angelis suis Deus man-
 davit de te, ut custodiant te in
 omnibus viis tuis. Resp. Amen.

AD

AD PRIMAM.

Versus.

DEUS in adiutorium meum
intende. Resp. Domine ad
adiuandum me festina. Gloria
Patri. Alleluia.

Hymnus.

NAM quod corruerit prodi-
tor Angelus,
Concessus meritò pulsus hono-
ribus:

Ardens invidiâ, pellere nititur
Quos cœlo Deus advocat.

Antiph. S. Angeli Custodes.

Vers. In conspectu. Oratio, Deus
qui ineffabili. *ut supra fol. 18.*

AD TERTIAM.

Vers. Angelis suis Deus man-
davit de te, ut custodiant te in
omnibus viis tuis. Resp. Amen.

Versus.

Deus

DEus in adiutorium meum
 intende. Resp. Domine ad
 adjuvandum me festina. Gloria
 Patri, Alleluja.

Hymnus.

HUc Custos igitur pervigil
 advola,
 Avertens patriam de tibi creditam
 Tam morbos animi, quam re-
 quiescere

Quidquid non sinit incolas.

Antiph. Sancti Angeli Custodes.

*Vers. In conspectu. Oratio. Deus
 qui ineffabili. ut supra. fol. 18.*

AD SEXTAM.

*Vers. Angelis suis Deus man-
 davit de te, ut custodiant te in
 omnibus viis tuis, Resp. Amen.*

Versus.

DEus in adiutorium meum
 intende. Resp. Domine ad
 adju-

adjuvandum me festina. Gloria
Patri. Sicut erat. Alleluja.

Hymnus.

CHriste Sanctorum decus
Angelorum,
Rector humani generis & au-
ctor,

Nobis æternum tribue benignus
Scandere cœlum.

Antiph. Sancti Angeli Custodes.

Vers. In conspectu. *Oratio.* Deus
qui ineffabili. *ut supra. fol. 18.*

AD NONAM.

Vers. Angelis suis Deus man-
davit de te, ut custodiant te in
omnibus viis tuis *Resp.* Amen.

Versus.

Deus in adiutorium meum
intende. *Resp.* Domine ad
adjuvandum me festina. Gloria
Patri. Sicut erat. Alleluja.

Hym-

Angelum pacis Michaël ad
istam

Cælitus mitti rogitamus aulam,
Nobis ut crebrò veniēte crescant
Prospera cuncta.

Antiph. Sancti Angeli Custodes. *Vers.* In conspectu. *Oratio.*
Deus, qui ineffabili. *ut sup. fol. 18.*

AD VESPERAS.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Versus.

Deus in adiutorium meum
intende. *Resp.* Domine ad
adjuvandum me festina. *Gloria*
Patri, & Filio. Alleluja.

Hymnus.

Angelus fortis Gabriël, ut
hostem

Pellat

Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius templū veniens ad istud
Visere nostrum.

Antiph. Sancti Angeli Custodes. *Vers.* In conspectu. *Oratio.*
Deus, qui ineffabili. *ut sup. fol. 18.*

AD COMPLETORIUM.

Vers. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. *Resp.* Amen.

Verses.

Converte nos Deus salutaris
noſter. *Resp.* Et averte iram
tuam à nobis. *Vers.* Deus in ad-
jutorium meum intende. *Resp.*
Domine ad adjuvandum me fe-
ſtina. *Gloria Patri, & Filio. Allel.*

Hymnus.

Angelum nobis medicum
salutis

Mit-

24 *Officium Angeli Custodis.*

Mitte de cælis Raphaël, ut omnes

Sane ægrotos, pariterq; nostros
Dirigat actus.

Antiph. Sancti Angeli Custodes. *Vers.* In conspectu. *Oratio.*
Deus, qui ineffabili. *ut sup. fol. 18.*

Commendatio.

HAs Horas Canonicas cum
devotione.

Dixi, Custos Angele, tui ratione.
Precor me custodias mortis in
agone,

Et præsens deducas me cæli re-
gione.

Angele Dei, qui custos es mei,
Me tibi commissum pietate
supernâ,

Hodie illumina, custodi, rege,
guberna, Amen.

F I N I S.